SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN: IOHANNES RODE DE HAMBURG. HENRICUS DE FRIMARIA (SENIOR). SPECULUM ARTIS BENE MORIENDI. GERARDUS DE VLIEDERHOVEN. STELLA CLERICORUM. IOHANNES GERSON ETC.

Ostösterreich (Melk ?), 1451 Seite 91r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40435
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Quam gloriosum est hoc regnum Quam dilecta tabernacula tua
domine virtutum quam magnus decor quam magnus splendor
in civitate dei quam mira claritas quam sita amenitas
in prata celesti hunc augustinus libello deliberavit
verbis sic inquit Tanta est pulchritudo mysteriorum tanta
et voluptas lucis eterne et ecce si nolunt in ea aliquid
delectari quam vnus dies horam quod hic solus in mirabilibus
huius vite dies plenis deliciis affluentibus bonorum temporalium omnibus
erant et minus despicient Nec enim falsum aut
parum affirmo dum est Quam melior est dies vna in atriis
tuis super milia Quod augustinus libro de civitate dei
ex clamans dicit Quis celestis vrbis domus illuminata ad
te suspirat peregrinatio mea ut possideat me in te
Vnde bene in libro super missus est Quam gloriosum est id
regnum in quo regis congregatio gaudeat in domino
ad laudandum et glorificandum eum qui super omnes
est deus regum et dominus dominantium de cuius splendidissima
gloriosa fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum
hinc propheta dicit Ad implebis me letitia cum vultu
tuo Vnde iob 33° Videbunt facie eius in iubilatione et
faciet omnes inspiciat qui dominum fideliter fuerunt in hu
militate cordis et laboribus plurimis et operibus virtuosis
Vnde apostolus ultimo Cernui eum fuerit illi et videbunt
faciem eius Et ita dicit ysaias 33° Rege in decore suo videbit
Quam pius et gratus quam suave quam beatum erit christum
videre hiis qui eum dilexerunt Et ecce ex clamando di
cens illud habacuc 3° Ego autem in domino gaudebo et
exultabo in deo meo Quam gaudebunt quos gaudia
suma explebunt Quos illustrabit quos sic letificabit
visio sua dei splendor sue faciei De inter bonorum

Regnum celeste sedes copia regni celestis
quietat Et bonorum omnium copiositate Vnde August
in libro de civitate dei Et deus suamet delicias
gaudiis sic spe non attingit caritate non deprehendit
desideria et vota transgredit Aequid pet. Estimari non
pet Quam Merces eorum tam magna est quod non
pet mensurari tam multa quod non pet numerari tam copiosa
quod non pet finiri tam preciosa quod non pet estimari
De hiis suphabundantibus bonis regni celestis ita
scribit deuteronomii 8° Dominus deus tuus introducet te